



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

15 An bona delinquentis existentia in alieno territorio à iudice confiscante
comprehendantur in confiscatione ab illo facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

PUNCTUM XIV.

Quae bona publicentur publicatis bonis, alicuius clerici.

- 1 Bona Ecclesiae non publicantur.
- 2 Bona patrimonialia publicantur.
- 3 Bona clericorum acquisita titulo beneficii probabiliter est spectata communi non publicari, sed Ecclesiae applicanda esse.
- 4 In Hispania, ubi de iis bonis testari potest clericus, et si quis ea usurpare potest.

1 **C**onstat ex Clement. 2. de haereticis, bona Ecclesiae non publicari, & sic attentantes ex communicatione innodari quae excommunicatio quando, & quas personas comprehendat, & ob quas actiones imposita sit, bene explicat Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 20. a num. 3. & nos dicimus in tract. de excommunicationibus specialibus non reservatis.

2 Secundò constat bona patrimonialia clericorum publicari, quia secundum omnes de his libere disponere possunt clerici tam contractu, quam testamento, cap. quia nos, de testamentis. Ad hæc reducuntur ea, quae clericis acquiruntur non ex beneficio, sed ratione alicuius ministerii Ecclesiastici, ut puta pro sacris faciendis pro concionibus, pro sacramentorum ministerio, pro defunctorum sepultura, pro vicaria ministerio ad tempus concessa, & similibus; quia de his omnibus possunt clerici, & Episcopi libere testari, & in extantibus heredes transmittere, ac proinde delinquendo in fidei cum alienatione tradit Sanchez lib. 2. in Decal. c. 20. num. 2. & 23. Farinacius de haereticis, quæst. 190. §. 11. num. 154.

3 Difficultas ergo est de bonis clericorum acquisitis titulo beneficii Ecclesiastici, siue bona immobilia sint, siue mobilia; an inquam hæc sisco applicentur, vel Ecclesiae, ex qua delumpra sunt debeant relinquere? Varia sunt Doctorum placita, ut videtur potest in Farinac. supra, illis omnia veta resolutio est attendente iure communi bona clericorum ex fructibus beneficii percepta, non posse à sisco occupari, sed necessariò applicanda esse Ecclesiae pro rata, à quibus stipendia receperunt, quia ita habetur in cap. excommunicamus. §. ad munus, de haereticis, iuncta glossa. Ratio huius dispositionis est, quia hæc bona non possunt clericis in heredes extraneos transmittere, quia Ecclesiae, post illorum obitum cedunt, cap. prolatum, l. 2. c. quia nos, cap. requiritur de testamentis. sed ea, quae in heredes extraneos nequeunt transmitti, neque possunt in fisco loco heredis extranei succedentem, ut sæpe repetitum est, Ergo: & ita docent Azor. 1. part. lib. 8. cap. 12. quæst. 14. Sanchez cap. 20. num. 24. Farinacius num. 160. Neque in hoc est vlla differentia inter acquisita ex beneficio simpliciter, ut curato, cum textus in cap. excommunicamus, nullam distinctionem fecerit: ex quocumque beneficio acquisita sunt, sunt formaliter clerici bona, & Ecclesiarum stipendia, ac proinde Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt, applicanda: sic Couarruias tit. 2. variarum, cap. 9. num. 11. sine. Sanchez Farinacius supra.

4 Verum cum aliquibus locis ut in Hispania, consuetudine inductum sit clericos testari posse de acquisitis titulo cuiuscumque beneficii Ecclesiastici, ut innumerus relatis probat Mantien. l. 3. tit. 8. lib. 5. recop. per illam legem efficitur sane, si fisco occupet bona alicuius clerici, & hæc occupare: sic Valquez l. 2. disp. 26. cap. 2. num. 19. Pegna. 3. part. director. comment. 161. Azor. quæst. 14. Sanchez num. 25. Bonacina disp. 3. de detracti q. 8. p. ult. §. 1. n. 19.

PUNCTUM XV.

An bona delinquentis existentia in alieno territorio à iudice confiscante comprehendantur in confiscatione ab illo facta.

- 1 Si confiscatio faciendae est vigore iuris communis comprehenduntur, secus si vigore statuti non vigentis illo in loco in quo bona sita sunt.
- 2 At si sit confiscatio iure speciali vigente in territorio ubi bona sita sunt sub distinctione respondetur.
- 3 Exe cutio confiscationis nunquam fit, nisi per officiales illius loci, in quo bona sita sunt.

1 **C**etera res est publicari, si confiscatio sit vigore legis communis, hoc est, legis latae à superiore vtriusque territorij, & iudicis, & loci, ubi bona sita sunt, ut in crimine haereticis, contingit: ita multis relatis docent Farinacius praxi quæst. 25. num. 100. Peregrinus lib. 5. tit. 1. num. 158. Clarus quæst. 78. n. 27. Sanchez lib. 4. Decalog. cap. 20. num. 31. Bonacina disp. 3. q. 8. punct. ultim. §. 1. num. 21. Si autem confiscatio faciendae est iure speciali, seu municipali, quod in territorio, ubi bona sita sunt

res Doctores, quos refert, & sequitur Anton. Gomez l. 78. Tauri in fine. Mantienzo glossa 2. num. 2. Azucedo num. 6. Sanch. num. 33. his ut certis suppositis.

Duplex est difficultas an quoties publicatur dos ob delictum vxoris, publicetur non solum quoad proprietatem, sed etiam quoad usufructum: & dubium procedit, cum delictum tale est, ob quod pena mortis non imponitur vxori; sed viua relinquatur quia tunc dos quoad usufructum videtur ad virum pertinere, transire enim illi pro oneribus, C. eod. tit. sed fisco non occupat bona que aliena sunt à delincente. Ergo neque occupare potest usufructum dotis. Adde ob delictum alienum non debere vitum innocentem puniri; puniretur autem, si usufructu privaretur, & ex alia parte obligatur vxorem alere. Ergo non est sciendum confiscationem extendi ad usufructum dotis constante matrimonio, sic est dubius, & relinquens cogitandum, tenet Palaz. rubr. in repetit. rubr. de donat. inter virum, & vxorem fol. 46 §. 66. col. 4. Ioann. Lupus eadem §. 66. num. 33. fac. Bonacina reputat probabile disp. 3. de contract. q. 8. p. ult. §. 1. num. 17.

6 Nullominus verius est, & probabilius, dotem confiscari non solum quoad proprietatem, sed etiam quoad usufructum sic Mantienzo l. 1. tit. 9. lib. 5. recop. §. 1. n. 4. Azucedo ibi. n. 5. Anton. Gomez l. 78. Tauri, num. 6. Cañillo num. 2. Sanch. lib. 2. cap. 17. num. 31 & in crimine haereticis docuit Ioann. Rojas sing. 11. Zúñch. traç. de haer. c. 25. num. 4. sine. Locius Zechius in summa. part. tit. de fidei. rubr. de haer. cap. 16. vers. quindò amittitur. Farinacius q. 190. num. 54. Rationes huius sententiae adducit Anton. Gomez Prima, quia in dubio lex, vel dispositio re ferens sed ad aliqua bona, intelligi debet secundum proprietatem, & usufructum: ex text. in l. restituere, ff. de verborum significat. textus in l. videamus, §. in Fabiana, ff. de iur. iur. textus in l. conseruatione, ff. de reg. iur. cum autem ex nostri regni ob quodlibet delictum vxoris dicat dotem, vel eius partem confiscari posse: & secundum ius commune ob quinque illa delicta confiscanda venit, efficitur venire secundum proprietatem, & usufructum. Secunda, quia hæc est alienatio non ex contractu sed ex delicto, quae vocatur alienatio iudicialis, & inducta per legem. Poterit ergo in illa maritus pæiudicari, argument. textus in l. alienatione, ff. familiae erciscunda. Tertia dos proprie dicitur cum matrimonio constat. Ergo si dos confiscatur ob delictum vxoris, constante matrimonio confiscanda venit.

7 Neque ratio in contrarium videtur. Fateor enim dotem dari ad onera matrimonij subeunda: at si mulier delicto suo dotem amittit, quod suberat maritus illam alendi, cessat, sicuti cum dos promissa, est, & non soluitur, non obligatur maritus vxorem alere ita non obligatur, cum culpa mulieris dos auferat. Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 5. num. 10. consentit Farinacius alios referens, de haer. quæst. 190. num. 54. Totam obligationem refunditur in parentes, vt bene probat Molin. lib. 2. de primogen. cap. 16. num. 24. Quod si hi alere eam non possint, tunc ratione solius vinculi conjugalis, & mutui amoris tenebitur vxor alere. Adde est concedamus maritum teneti alere vxorem sic alienantem dotem, vt concedit Anton. Gomez, supra dict. l. 78. Tauri, num. 5. Cañillo ibi in fine. Simancas de catholic. in fine tit. 6. n. 19. Sordus de aliment. tit. 7. quæst. 2. num. 6. & 7. aliter non inferitur inde confiscari dotem non posse; quia dos docet mariti quoad dominium, & proprietatem, sed solum quoad administrationem in sustentationem familie, quae administratione cessat sub lato fundamento, sicut si casu periret: & si casu dos casu perirens non exculat maritum ab alenda vxore, vt colligitur ex l. si cum dotem, 23. §. si maritus, ff. solutio matrim. ita neque hæc confiscatio exculat debet, quia hæc obligatio alendi vxorem ex vinculo coniugali tunc nascitur, quo non dissoluto, non dissoluitur hæc obligatio.

8 Secunda difficultas est, an possit dos confiscari quoad proprietatem, & usufructum, si pactum esset inter virum, & vxorem, vt committente vxore aliquod delictum ex illis ob quae imponitur confiscatio, eo ipso ad virum proprietas, & usufructus dotis deueniret. Affirmant aliqui confiscari posse, neque impeditur ab illo pacto, sic Barbosa l. si constante, 25. ff. solutio matrim. §. si non. Sanchez lib. 2. cap. 17. num. 32. quod non videtur iuris ratio. Mouentur quia illud pactum derogat legi communi statuenti confiscationem bonorum delinquentis. Ergo nullum est, iuxta L. ius publicum ff. de pactis.

9 Ceterum credo ad maritum reuerti dotem, neque posse tunc confiscari. Mouetor, quia tunc dos prohibetur alienari expressè, & non in fauorem delinquentis, cum vxori delinquenti non applicetur, neque in fraudem fisci, cum non sit post delictum commissum, sed casu quo committatur. Ergo tale pactum nullum est, & ratione illius maritus ius habet quantum ad dotem, & preferendus est sisco. Faciunt ea quae diximus supra loquentes de maioribus, & ita firmavit expressè Baiard. addit. ad Clarum lib. 6. q. 78. num. 63. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. num. 83. & 118. Farinacius alios referens, quæst. 5. num. 115.

non viget, non trahitur confiscatio ad illa, quia non potest extendi confiscatio fundata in lege, magis quam ipsa lex. *l. i. libertum, §. penult. ff. ad municip. & tradit Clarus supra Farinacius multos referens, num. 96.*

2. At si confiscatio faciendâ est iure speciali vigente etiam in territorio, ubi bona sita sunt, distinguendum est, si fisco, cui illa bona sunt applicanda, sit vnus, & idem, confiscatio trahitur ad illa bona, quia nulla est ratio, ex qua eximi possunt: at si fisco diuersus sit, ad ea non extenditur, quia non potest extendi, confiscatio ad illa bona, quin simul bona fisco applicentur, & cum bona existentia in alieno territorio, non possit suo fisco applicare, efficitur in publicata manere, sic Boslius *de publicatione bonorum, num. 62.* Farinacius *n. 98.*

3. Executio confiscationis etiam facta iure communi fieri non potest, nisi per officiales illius loci, ubi bona sita sunt arguunt, textus in *l. cum vnus, §. ff. de bonis auctor. iud. possid.* Excipit, nisi iudex illius territorii per iudicem, qui sententiam tulit, requiratur. Boslius *n. 6.* Farinacius *n. 59.* Sanchez *n. 33.*

PUNCTVM. XVI.

Ad quas personas confiscatio bonorum ob hæresim, & alia crimina extendatur.

Extenditur ad omnes Christianos Romano Pontifici subiectos.

Hucusque de bonis, quæ confiscanda sunt, fuimus locuti; restat dicendum de personis confiscationi subiectis. Cum enim confiscatio pena sit, & a legislatore delinquentes subditi legislatori, vt hæc pena affici possit. Ex quo fit, cum omnes Christiani Romano Pontifici subditi sint, quilibet illorum quacumque dignitate fulgeat, ob transgressionem legum Ecclesiasticarum si grauis, perniciosa sit transgressio (qualis est facta ob crimen hæresis) poterit hæc pena puniri: vt latè ostendit Suarez *in suo graui lib. de defensione fidei, lib. 3. cap. 22.* imò de facto ob crimen hæresis hæc confiscationis pena omnes afficiantur. Nam *caput cum secundum leges, de hæreticis*, generaliter loquitur, & Bulla Cœnæ aduersus omnes procedit. Adde ij quo potentiores sunt, eò grauius nocent, si delinquant, ac proinde grauius puniendi: & ita tradit Suarez *de fide spe, & charitate, disp. 22. sect. 6. n. 3.*

PUNCTVM. XVII.

An confiscatio imposita ipso iure ob crimen læsæ maiestatis, præcipue diuinæ, priuet delinquentem ipso facto dominio suorum bonorum.

1. Dupliciter lex confiscationem imponere potest aliam annexam delicto, aliam à iudice imponendam: & qua sit harum differentia.
2. Proponitur prima sententia affirmans delinquentem dominio suorum bonorum priuari per tale delictum.
3. Secunda sententia negat priuari.
4. Conciliantur supradicta sententia.

Pergimus inuestigare quem effectum habeat confiscatio per legem imposita. Dupliciter lex confiscationem imponere potest. Primò annectendo confiscationem delicto, & hæc vocatur confiscatio ipso facto. Secundò dirigendo iudicem vt illam imponat, si cui in pena excommunicationis est manifestum, quæ aliquando delinquentes eò ipso, quo delictum committunt, afficit, aliquando verò afficit illos post sententiam. Effectus harum confiscationum sunt omnino diuersi: nam quando lex confiscationem ipso iure imponit, vt in crimine læsæ maiestatis humanæ, & diuinæ contingit, & in nostro regno in crimine sodomiz, ex allegatis text. in princip. huius disputationis, bona delinquentis ita sunt obligata fisco à die commissi criminis, vt omnes alienationes ab illo die factæ in præiudicium fisco, vel sint nullæ, vel per sententiam rescindantur, quia sententia postea prolata retrahitur, & deuoluitur, ac si pronuntiatæ esset, cum delictum committitur, quod nullo modo habet locum in confiscatione imponenda per iudicem: & tradunt, Doctores statim referendi. Item hæres delinquentis conueniri potest, & bonis à delinquente acceptis priuari, si memoria delinquentis condemnatur, *e. accusatus, §. in eo, de hæreticis in 6.* quæ memoria condemnari non potest in aliis criminibus, in quibus ante mortem delinquentis lis cõtestata non est, excepto crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, vt constat ex *l. i. C. de delictis defuncti.* & ex *l. ex iudiciorum, 20. ff. de accusacionibus ibi non aliàs transfertur aduersus hæresis pena bonorū ademptiõis, quam si lis contestata, & condemnatio fuerit secuta, excepto repudiandorum, & maiestatis iudicio.* Et ratio est, quia quando sunt bona ob delictum ipso iure, & facto confiscata, sunt obligata realiter

fisco, & sic obligata transeunt ad heredes, & ratione huius obligationis, potest hæres conueniri: at quando bona non sunt ipso facto confiscata, hæres delinquentis conueniri non potest, quia non potest conueniri ratione delicti, quia hoc non excedit personam delinquentis: neque etiam conueniri potest ratione bonorum, quæ à delinquente possidebantur, cum non transfierent in illum aliqua obligatione affecta: sic alios referens Farinacius *praxi. part. quæst. 25. à num. 190.* Simancas *de catholicis infimis, tit. 9. n. 186.* Valquez *1. 2. disp. 170. c. 4. n. 22.* Sanchez *lib. 2. cap. 22. num. 29. 27. & 28.* Suarez *de fide disp. 22.*

Dificultas ergo est, an delinquentes ipso facto priuetur dominio suorum bonorum, quando delictum confiscationem habet annexam?

2. Primâ sententia satis communis, & probabilis affirmat, quam defendunt post alios antiquiores Anton. Gom. *de delictis cap. 2. num. 3. ante finem.* Butlat. *conf. 14. n. 3.* Decian. *lib. 5. c. 20. num. 3.* Farinac. loquens de hæreticis, *g. 190. §. 5. n. 68.* & loquens de crimine læsæ maiestatis humanæ, *g. 116. num. 66.* Greg. Lop. *l. 4. tit. 2. p. 7. Azot tom. 1. lib. 6. 7. q. 2.* & alij plures referat Sanchez *lib. 2. cap. 22. n. 2.* Probatur primò, quia committens delictum, ob quod bona sunt fisco addicta ipso iure, priuatus est potestate libera alienandi, & administrandi ea bona, sicut antea habebat, quod in crimine læsæ maiestatis humanæ est manifestum ex *l. ex iudiciorum 20. ff. de accusacionibus ibi, adeo, ut D. Suerus, & Antonius rescripsit, ex quo quis aliquis ex his causis crimen contraxit nihil ex bonis suis alienari, aut manumittere eum posse, & l. vlt. C. ad leg. lul. maiest. ibi, ex quo quis tale crimen contraxit, nec alienare, neque manumittere eum posse, neque ei soluere iure debitorum. magis etiam Antonius, rescripsit, & in ea même hæresis in competo est apud omnes, *e. cum secundum leges de hæreticis in 6.* Sed dominium, nihil aliud est quam ius vtendi re propria, tanquam propria. Ergo cum delinquentes ob delictum hoc ius amittit, amittit & dominium, Secundò in *l. quisquis. C. ad l. lul. maiest.* declarat ob prædicta crimina bona delinquentis esse fisco addicta. Ergo sunt subacta à possidente, saltem quoad dominium. Tertio ex *l. vlt. ff. ad leg. lul. maiest.* vbi vindicantur bona delinquentis transfata ad hæreses si ipsi satis non purgauerint delictum: sed vindicatio ipso domino competit. *l. in rem, ff. de rei vindicac.* Ergo fisco dominus est. Quarto si fisco dominum non comparat bonorum suorum delinquentes, quia ipso iure publicantur, transfata illa bona in tertium possessorem, fructificabunt ipsi, & non fisco, contra contingit, quia fisco vendit rem delinquentis cum fructibus perceptis Ergo signum est acquisisse dominium, vt dicitur *l. 4. tit. 2. part. 7. Quinto, si in crimine hæresis non amittitur dominium à die commissi criminis, frustra Pontifex in *cap. cum secundum leges, de hæreticis in 6.* prohiberet Principibus secularibus occupare delinquentium bona, quousque Episcopus vel alius Ecclesiasticus habens potestatem profetam sententiam super tale crimen, si quidem certum est recento dominio alienus rei, non posse à domino rem auferri, quousque per sententiam priuatus sit.**

3. Secundâ sententia non minus probabilis, & communis negat hæc penam confiscationis bonorum alicui delicto iam annexam esse, vt priuet ipso facto delinquentem dominio suorum bonorum: sic post alios antiquiores Valq. *1. 2. disp. 170. n. 100 cap. 3.* Sanchez *lib. 2. in Decal. c. 22. num. 3.* Mol. *tom. 1. de iust. disp. 95. vers. dubium verò est.* Henric. *lib. 13. de excommunicatione c. 26. num. 2.* Peregrin. *de iure fisco lib. 5. tit. 3. num. 171.* Ant. Fab. *coartatur. iuris lib. 7. cap. 20. Andr. Fachin. lib. 9. controuers. cap. 25.* Probatur primò ex *l. quis firmus, 15. ff. qui, & à quibus manumissi ibi:* Quæsitum est, an is qui maiestatis crimine reus factus sit, manum iterè possit, *quoniam ante damnationem dominus esse & Imperator Antonius Calpurnio Critoni rescripsit ex eo tempore, quo quis propter facinorum suorum cogitationem, iam de pena sua certus esse poterat multo plus cogitatione, & scientia delictorum, quam damnatione ius dandæ libertatis eum amississe. Videtur ergo solam amississe delinquentes ius dandæ libertatis à die commissi delicti hoc est, liberam bonorum administrationem, non tamen amississe dominium. Sed huc argumento acutè sanè respondet Decian. rationem dubitandi in supradicta lege, an delinquentes ante damnationem manumittere possit, ortam fuisse, ex eo quod ante damnationem videretur dominus. Cui rationi dubitandi respondit Imperator, efficacius amittere delinquentes, postquam certus est de suo delicto ius dandæ libertatis, quam post condemnationem siquidem post condemnationem idè amittit, quia certus est de suo delicto, quia sententia facit notorium, sed magis certus est de sua propria conscientia, quæ falli non potest, & sic coniungendo rationem dubitandi cum ratione decidendi, & decisione ipsa, fatari necesse est, quod sicut per damnationem amittit dominium, ita & amittit ante, postquam deliquit, ad non fuisse soluta ratio dubitandi quæ erat, quò ante condemnationem dominus esset. Nam si voluisset dicere rationem decisionis esse, quod aliud amittere administrationem, simpliciter dixisset, manumittere non potest, licet dominus remaneat quoad sententiam. Sed responsum Deciani refelli potest ex eo quod alia fuit ratio dubitandi alia ratio decidendi in supradicta lege. Ratio*